Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-313912-p0001-3

Sbd

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-313912-p0002-8

CLARISSIMO VIRO

M. CAROLO FRIDERICO KRANEVVITTER

COLLEGII ILFELDENSIS RECTORI

VIRGINEM SPONSAM

MARIAM CHRISTIANAM DE DRANSFELD

GRATVLANTVR

COLLEGAE

A. O. R. CIƆ IƆ CC XXXIII

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-313912-p0004-0

*
* *

EN! nitet illa dies votis quam, Sponſe, petiſti,
virgine qua iunctus celebres connubia laeta.
Felix haecce dies, niueis ſignanda lapillis,
quae TIBI decretos fatorum lege benigna
Numinis auſpiciis meritos firmauit amores.
Hos canimus thalamos. Ne reſpue carmina noſtra.

Omnia dum rident, liquitur dum montibus humor,
atque leui Zephyro viridantia prata tepeſcunt,
venit amor, ſubitaque animum dulcedine mouit
doctoris, quisquis nunc pectore ſpirat amorem.
Iam bona lux orta eſt, oculis qua ſe exhibet, ecce!
inter virgineos longe pulcerrima coetus
nobilitate potens, generoſo et ſanguine nata,
virginis huius amor TE totum comparis vrget,
cum qua dulce nouis implere nepotibus oram.
Si laudem pietas vllam ſincera meretur,
largaque ſincerae ſtatuit ſibi praemia virtus,
ſurgit ei non vanus honos, et gloria iuſta
competit, et nullo haec vmquam delebilis aeuo.
Cui pietas cordi eſt, quae crimine libera ab omni
viuit, et huic numquam non ſunt caeleſtia curae.
Si faciem ſpectes, nihil eſt niſi virgine dignum
illi, quidquid agit, quoquo veſtigia mouit,
fulget in egregio decor inſuperabilis ore.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-313912-p0005-5

Huic etiam parere TVVM est, captiuaque ferre
colla iugo, et doctas Veneri ſubmittere Muſas.
Det DEVS omnipotens celſi moderator olympi,
vt TIBI ſit ſemper ſumpta haec TVA coſta ſaluti.
Ambo florentes, praeclara ſtirpe creati,
iungite felices dextras nunc omine fauſto,
iungite flexanimo perfuſi pectus amore.
Aethereas ſalui dum corpore carpitis auras
viuite felices. adsit fortuna benigna
omnibus in ceptis. et Numen vota ſecundet,
ſacratae vt porro laetus prodeſſe iuuentae,
Sponſe, queas, quod mens, virtus, doctrinaque ſpondent.
Viuere Vos Priami liceat vel Neſtoris annos
emenſo donec tandem feliciter aeuo
emeritas terris animas ſaturasque dierum
omnipotens genitor caeleſtia in atria laetas
ſuſcipiat, ſaturetque ſuo ſpectatus amore.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-313912-p0006-1

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw. lt. nicht vergeben!

ULB Halle 3
002 108 178

Sb.

VD17

RH0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-313912-p0007-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-313912-p0008-2

167

CLARISSIMO VIRO

M. CAROLO FRIDERICO

NEVVITTER

ILFELDENSIS RECTORI

GINEM SPONSAM

CHRISTIANAM

DRANSFELD

GRATVLANTVR

COLLEGAE

D. R. CIↃ IↃ CC XXXIII.

AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-313912-p0009-1